in ullo loco amplius uno die aut una nocte mora-
tus, simulabat, sese negoti gratia properare; cete-
rum proditionem timebat, quam vitare posse cele-
ritate putabat. Nam talia consilia per otium et ex
opportunitate capi. At Metellus, ubi oppidanos 2
proelio intentos, simul oppidum et operibus et loco
munitum videt, vallo fossaque moenia circumvenit.
Deinde (iubet) locis ex copia maxume idoneis vi- 3

LXXVI. 1. *infectum*) *Infectus* hier in der Bedeutung eines Adjectivs auf *ilis*. Vgl. *Iug*. 14, 24 *neu vivere contemtus viderer*; 43, 5 *quod adversum divitias animum invictum gerebat*; 91, 7 *genus hominum mobile, infidum, neque beneficio neque metu coercitum*.

vit. posse) Ueber die Weglassung des Pronomens *se* s. zu *Cat*. 31, 7.

2. *proelio int.*) *Proelio* ist hier Dativ, wie sich aus dem Zusammenhang ergibt. Vergl. zu *Cat*. 2, 9; *Liv*. *V*, 26 *alius exercitus proelio intentus stabat*.

3. [*iubet*]) Diefs Verbum ist vielleicht unächt, da es in zwei Handschriften ganz fehlt und in vielen andern eine verschiedene Stelle einnimmt, auch einige dafür *duobus* geben. Ueber die Konstruktion vergl. zu *Cat*. 59, 1. *Ex copia* ist wohl nicht, wie Kortte und Andere wollen, so viel als *ex omni copia* oder *ex multitudine locorum*, in welchem Sinne es ein sehr matter Zusatz wäre, sondern heifst: nach der Gelegenheit, die der Ort darbot, d. i.

neas agere, (superque eas) aggerem iacere et super aggerem impositis turribus opus et administros
4 tutari. Contra haec oppidani festinare, parare:
5 prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore proeliisque fatigati, post dies quadraginta quam eo ventum erat, oppido modo potiti; praeda omnis ab perfugis cor-
6 rupta. Ii postquam murum arietibus feriri, resque suas adflictas vident, aurum atque argentum et alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino et epulis onerati illaque et domum et semet igni corrumpunt; et quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas ipsi volentes pependere.

LXXVII. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes,

nach der Beschaffenheit des Ortes.

superque eas) Diese Worte fehlen in einigen Handschriften und werden eben so wie im Folgenden die Worte: *super aggerem* von vielen Herausgebern für Einschiebsel erklärt. Wenn sie ächt sind, so ist der Sinn: Metellus liefs da, wo er die Schutzdächer anwandte, einen Wall über denselben, d. h. neben ihnen, aber höher als sie waren, aufführen, und durch die Thürme, die er auf demselben errichtete und mit Soldaten besetzte, die Belagerten abhalten, jenen Schutzdächern und den dabei beschäftigten Soldaten zu schaden. Vergl. *Iug.* 92, 9 und 94, 3. Dabei ist jedoch die Verschiedenheit der Bedeutung, in welcher man *super* nehmen mufs, etwas auffallend und lästig.

4. *nihil rel. fieri*) S. über diese Redensart zu *Cat.* 11, 7.

6. *igni corrumpunt*) Vergl. unten K. 92, 3 und 8, wo derselbe Ausdruck gebraucht ist. Hier ist er aber, weil er auch auf Personen angewendet ist, auffallender. Vgl. zu *Iug.* 14, 9.

LXXVII. 1. *suam sal.*, *illorum s.*) So hebt Sallust

uti praesidium praefectumque eo mitteret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, novis rebus studere, advorsum quem neque imperia magistratuum neque leges valerent: ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. Nam Leptitani iam in- 2
de a principio belli Iugurthini ad Bestiam Consulem et postea Romam miserant, amicitiam societa-
temque rogatum. Deinde, ubi ea impetrata, sem- 3
per boni fidelesque mansere et cuncta a Bestia, Albino Metelloque imperata nave fecerant. Itaque ab imperatore facile quae petebant adepti. Emissae eo cohortes Ligurum quatuor et C. Annius praefectus.

LXXVIII. Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias civilis navibus in eos locos venisse: ceterum situm inter
duas Syrtis, quibus nomen ex re inditum. Nam 2

die doppelte Beziehung, in welcher die Sache gefahrvoll war; nämlich die Beziehung auf die Leptitaner und auf die Römer, mehr hervor, als wenn er etwa geschrieben hätte: *se, illorum socios*, oder: *suam, sociorum Pop. Romani, salutem.*

2. *amic. societatemque*) S. zu *Iug.* 24, 3.

3. *ea impetrata*) nämlich *amicitia societasque.* Vergl. zu *Cat.* 5, 7.

boni fidelesque) S. zu *Iug.* 5, 5.

Metelloque) Ueber die beim dritten Substantiv beigefügte Konjunktion vgl. zu *Cat.* 3, 5.

LXXVIII. 1. *ex re*) Vergl. §. 3; *Liv.* XXXVIII, 18 *Ab re nomen habet.*

2. *pr. in extr. Africa*) nämlich am östlichen Ende von Afrika.

proxuma terrae) Gronov und Rupertus wollten: *terram*, indem sie fälschlich behaupteten, diefs verlange Sallust's Sprach-

duo sunt sinus, prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxuma terrae praealta sunt, cetera, uti fors tulit, alta alia, alia
3 in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse et saevire ventis coepit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Syrtes ab tractu nomi-
4 natae. Eius civitatis lingua modo convorsa connubio Numidarum: leges cultusque pleraque Sidonica. Quae eo facilius retinebant, quod procul ab
5 imperio regis aetatem agebant. Inter illos et frequentem Numidiam multi vastique loci erant.

gebrauch. S. darüber zu *Cat.* 11, 1.

alta alia) So sehr passend eine Handschrift, alle anderen lassen *alia* weg. Natürlich konnte *alia* hier sehr leicht übersehen werden, oder, wenn man die Beziehung auf *in tempestate* nicht erkannte, und es daher mit *cetera* verband, unpassend scheinen. Ueber das als Aorist stehende Perfekt *tulit* s. zu *Cat.* 10, 4.

3. *magnum esse*) *Magnus* und *magnitudo* oft von angeschwollenen Gewässern. Vgl. z. B. *Cic. Inv. II*, 31, 97 *subita fluminis magnitudo*; *Liv. XXIV*, 9 *Aquae magnae bis eo anno fuerunt*; *XXX*, 26 *Annus insignis aquarum magnitudine*; *ibid.* 38.

Syrtes — nominatae) Von dem griechischen Worte σύρειν *trahere*. Die Aechtheit dieser Worte ist sehr zweifelhaft, weil oben schon dasselbe durch *nomen ex re inditum* gesagt ist, und eine Handschrift sie nicht hat. Daher haben mehrere Herausgeber sie weggelassen.

4. *procul ab imp. regis*) statt: *procul ab iis locis, quibus rex imperitabat* d. h. *procul ab Numidia*. Vor *inter* fehlt im Folgenden, wie häufig, eine den Grund bezeichnende Partikel. Vergl. zu *Iug.* 102, 6.

5. *frequentem Num.*) S. oben zu K. 61, 2 und über *multi vastique loci* zu *Cat.* 20, 3.

LXXIX. Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur, egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare. Eam rem nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses ple- 2
raeque Africae imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio areno- 3
sus, una specie: neque flumen neque mons erat, qui finis eorum discerneret; quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrim- 4
que legiones, item classes saepe fusae fugataeque, et alteri alteros aliquantum attriverant; veriti, ne mox victos victoresque defessos alius adgrederetur,

LXXIX. 1. *per Leptitan. neg.*) *Per* von dem, was die Veranlassung zu Etwas gibt. Vergl. *Iug.* 85, 9 *qui per ambitionem probos sese simulavere;* eben so 86, 3; *Fragm. inc.* 65 *Multa — primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum parum celebrata sunt*; *ibid.* 67; *Liv. IV*, 12; *Tac. Ann. XV*, 71.

non indignum) steht ganz eben so wie *Iug.* 95, 2 *idoneum.* Vergl. zu *Cat.* 51, 8.

Eam rem — adm.) Vergl. Zumpt §. 440; Ramsh. p. 232; n. A. §. 111.

3. *in m. diuturnoque b. h.*) Mehrere Ausgaben lassen *que* nach *diuturno* weg, was hier hart ist. Vgl. Ramsh. p. 299 und 300; n. A. §. 152, 2. *Habere* heifst oft: machen, dafs Etwas in einem gewissen Zustande, in gewissen Verhältnissen ist oder bleibt. Vgl. zu *Cat.* 11, 5; *Iug.* 94, 3 *quamquam toto die intentos proelio Numidas habuerat;* *Cat.* 41, 5 *dent operam, uti eos quam maxume manifestos habeant;* *Liv. X*, 2 *semper eos in armis accolae Galli habebant;* *XXXIV*, 36 *Fuerat ei magno fructui mare omnem oram a Malea praedatoriis navibus infestam habenti.*

4. *legiones*) wie *Cat.* 53, 3 von nicht römischen Heeren. Zugleich bemerke man, dafs *legiones* hier vorzugsweise für *copiae terrestres* steht.

per inducias sponsionem faciunt, *uti certo die legati domo proficiscerentur; quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis*
5 *haberetur.* Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. Id socordiane an
6 casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in illis locis tempestas haud secus atque in mari retinere. Nam ubi per loca aequalia et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata ora oculosque implere solet: ita
7 prospectu impedito morari iter. Postquam Cyre-

5. *iter pergere*) *Pergere* steht sonst bei Sall. ohne Objekt. Aber der Akkusativ *iter* findet sich auch in einigen Stellen anderer Schriftsteller bei diesem Verbum, z. B. *Ter. Hec. I*, 2, 119 *pergam quo coepi hoc iter*; *Auct. b Afr.* 69 *Quum iam Caesar — iter coeptum pergere coepisset*; *Tac. Ann. III*, 66 *si rectum iter pergeret*; *ibid. IV*, 20 *pergere iter ambitione ac periculis vacuum.* Vgl. Cicero *Att. IV*, 11 *perge reliqua.* Häufiger steht ein Infinitiv als Objekt dabei, besonders *ire.* Vergl. *Liv. XXI*, 22; *XXI*, 30; *XXIII*, 28.

6. *retinere*) Ohne Objekt. S. zu *Cat.* 6, 5.

nuda gignentium) *Nudus* ist wie bei den Griechen γυμνὸς, mit dem Genitiv statt mit dem Ablativ oder *a* verbunden. Vergl. unten Kap. 90, 1. *Gignentia* steht wie hier intransitiv *Iug.* 93, 4 *quo cuncta gignentium natura fert.* Vgl. Ramsh. n. A. p. 171.

7. *aliquanto*) „um eine ziemliche Strecke". S. zu *Cat.* 8, 2.

domi poenas met.) statt: *metuunt, ne domi poenas darent.* Eine ähnliche Kürze des Ausdrucks zeigt sich in der häufigen Verbindung der Ausdrücke „hoffen, fürchten" und ähnlicher mit *in*, *a*, *ex*. Vgl. z. B. *Cat.* 58, 16 *in fuga salutem sperare*, wo wahrscheinlich nicht *fore* zu suppliren ist (vergl. unten 88, 4); *Fragm. III*, *Or. Lic.* 4 *praeter spem bonam ex vobis*; *Iug.* 88, 5 *ne quid ab se hostile timeret*; *Cat.* 52, 16 *si periculum ex illis me-*

nenses aliquanto posteriores se esse vident et ob rem
corruptam domi poenas metuunt; criminari, Car-
thaginienses ante tempus domo digressos, contur-
bare rem: denique omnia malle quam victi abire.
Sed quum Poeni aliam conditionem, tantummodo 8
aequam, peterent, Graeci optionem Carthaginien-
sium faciunt, *vel illi, quos finis populo suo pe-
terent, ibi vivi obruerentur; vel eadem condi-
tione sese, quem in locum vellent, processuros.*
Philaeni, conditione probata, seque vitamque suam 9

tuit; vergl. *Iug.* 40, 2. Aber auch bei anderen Ausdrücken ist eine solche Kürze nicht selten. Vergl. *Iug.* 81, 2 *ad Cirtam oppidum iter constituunt;* 105, 3 *Sullae numerum ampliorem vero efficiebant* für: *efficiebant, ut Sullae numerus amplior vero esset* oder *videretur; Fragm. I, Or. Phil.* 18 *illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet; Fragm. IV, Ep. Mithr.* 1 *qui ad belli societatem orantur.* S. auch zu *Cat.* 11, 7; unten §. 8.

ante tempus) *Tempus* ist oft die rechte Zeit; daher *ante tempus* „zu früh". Vergl. *Liv. IX*, 18 *post tempus ad bella ierunt; ante tempus — revocati sunt; XXXI*, 36 *ante tempus excitatis suis occasionem bene gerendae rei amisere; Cic. pro Quint.* 17 *Ego pro te nunc hos consulo post tempus et in aliena re.*

den. omnia malle) *Denique* „kurz". Vergl. *Iug.* 15, 2; 43, 3; 110, 4. Zu *omnia malle* vergl. *Iug.* 24, 2; zu *victi abire Cat.* 61, 7.

8. *tantummodo*) hier im Sinne von *dummodo*. Vergl. z. B. *Cic. Quint.* 31, 97 *ut secum aliquid qualibet, dummodo tolerabili, conditione transigeret.*

opt. Carth. faciunt) s. v. a. *faciunt, ut optio Carthaginiensium esset.* Vergl. zu *Iug.* 57, 4 und *Cat.* 11, 7. *Optio Carthagiensium est* die Wahl hängt von den Karth. ab, oder: die Karth. haben freie Wahl. Die von Gerlach gebilligte Lesart weniger Handschriften *Carthaginiensibus* ist wohl nur als ein Versuch zu betrachten, den näher liegenden gewöhnlichen Ausdruck herzustellen.

ibi) in Bezug auf *quos finis.* S. zu *Cat.* 3, 3.

10 reipublicae condonavere. Ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecravere, aliique illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

LXXX. Iugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gaetulos, genus hominum ferum incultumque
2 et eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium obser-
3 vare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus et maioribus promissis ad studium sui perducit; quis adiutoribus regem adgressus impellit, uti advorsum Roma-
4 nos bellum incipiat. Id ea gratia facilius proniusque fuit, quod Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat, foedus et amicitiam petitum;

10. *aras*) *Ara* heifst nicht blofs ein Altar, oder eine Erhöhung mit dem Zwecke, auf derselben zu opfern, sondern auch ein Denkmal zur Erhaltung des Andenkens einer Person oder einer Begebenheit. Vergl. *Cic. Phil. XIV*, 13 *contecti publicis operibus atque muneribus eaque exstructione, quae sit ad memoriam aeternitatis ara virtutis; Curt. IX*, 3, 19 *erigi duodecim aras ex quadrato saxo monumentum expeditionis suae iussit; Iustin. XII*, 10, 6 *Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem Barcen condidit, arasque statuit.*

LXXX. 3. *proxumos*) S. zu *Cat.* 14, 3.

bellum incipiat) Andere: *suscipiat*. Obige Lesart ist Sallust's Sprachgebrauch gemäfser. Vergl. 66, 1; 80, 5; 83, 1; *Cat.* 51, 5. *Suscipere bellum* findet sich bei ihm nicht.

4. *ea gratia*) Eben so oben 54, 4. S. dort.

quam rem opportunissumam incepto bello pauci 5
impediverant, caeci avaritia, quis omnia, honesta
atque inhonesta, vendere mos erat. Etiam antea 6
Iugurthae filia Bocchi nupserat. Verum ea neces-
situdo apud Numidas Maurosque levis ducitur;
quia singuli, pro opibus quisque, quam plurimas
uxores, denas alii, alii pluris habent; sed reges eo
amplius. Ita animus multitudine distrahitur; nulla 7
pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt.

5. *quis — erat*) Einige Herausgeber bezweifeln die Aechtheit dieser Worte und glauben, daſs sie aus *Cat.* 30, 4 hier eingeschoben worden seien. Sallust wiederholt aber häufig dieselben Gedanken und Ausdrücke. So diesen Gedanken auch *Iug.* 31, 12; vergl. auſserdem *Cat.* 1, 4 und *Iug.* 2, 2; *Cat.* 31, 2 und *Iug.* 72, 2; *Cat.* 20, 7 und *Iug.* 31, 9; *Cat.* 51, 42 und *Iug.* 31, 17; *Cat.* 58, 16 und *Iug.* 107, 1; *Iug.* 31, 20 und *Fragm. I, Or. Lep.* 13; *Cat.* 11, 6 und *Iug.* 85, 41; *Cat.* 20, 2 und *Iug.* 83, 1; *Cat.* 20, 14 und 58, 8; *Cat.* 58, 1 und *Iug.* 85, 50; *Fragm. I, Or. Phil.* 9 und *Fragm. III, Ep. Pomp.* 8 und *ibid. Or. M. Lic.* 13 etc.; s. auch zu *Cat.* 10, 6.

6. *necessitudo*) hier von Verwandtschaft. Vergl. zu *Cat.* 17, 2.

eo amplius) für *eo plures*. Aber die Wiederholung desselben Wortes wäre hier unangenehm; daher zog Sallust die Antimerie vor. S. Ramsh. n. A. p. 990 f., u. zu *Cat.* 20, 11.

7. *nulla — obtinet*) „Keine behauptet sich, gilt fortwährend". So steht *obtinere* oft ohne bestimmtes Objekt in den Redensarten *fama obtinet*, *consuetudo obtinet* und ähnlichen; doch auch auſserdem manchmal z. B. *Cic. de rep. VI*, 17 *subter mediam fere regionem sol obtinet* nämlich *locum suum*. Die meisten Handschriften geben *nullam — obtinet*; aber *obtinet* läſst sich nicht gut auf *animus* beziehen; auch ist der Begriff des mit Schwierigkeit verbundenen Besitzes oder des völligen Besitzes, der in *obtinere* liegt, bei dieser Lesart nicht angemessen.

LXXXI. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. Ibi, fide data et accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: *Romanos iniustos, profunda avaritia, communis omnium hostis esse: eamdem illos causam belli cum Boccho habere, quam secum et cum aliis gentibus, lubidinem imperitandi: quis omnia regna advorsa sunt: tum sese, paulo ante Carthaginiensis, item regem Persen, post, uti quisque opulentissumus videatur, ita Romanis hostem fore.*
2 His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum iter constituunt, quod ibi Metellus praedam captivosque et impedimenta locaverat.
3 Ita Iugurtha ra-

LXXXI. 1. *placitum*) *Placitum est* für *placuit* ist auch von Cicero (*de rep. I*, 12; *Verr. IV*, 1) gebraucht worden und öfter von Andern. Seltener ist in der Prosa das adjektivische *placitus*. Vgl. *Tac. Ann. II*, 66; *IV*, 37.

fide data et acc.) S. zu *Cat.* 44, 3.

prof. avar.) Vgl. *Fragm. IV, Ep. Mithr.* 5 *Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis una vetus causa bellandi est, cupido profunda imperi et divitiarum; de rep. ord. I*, 4 *profunda lubido.* So auch *Cic. Pis.* 21 *profundae libidines.*

advorsa sunt) S. zu *Iug.* 54, 1.

tum) *Tum* heifst in der schiefen Rede oft „jetzt". Vgl. 102, 14; doch steht es nicht ausschliefslich: denn auch *nunc* findet sich häufig. Vergl. *Iug.* 109, 3 *nihil etiam nunc decrevisse; ibid.* 111, 1 *amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam nunc peteret, ultro adventuram.*

3. *operae pretium fore*) *Operae* fehlt in zwei Handschriften und ist defshalb von einigen Herausgebern weggelassen worden. *Pretium est* findet sich ohne *operae* einige Male bei Tacitus. Vgl. *Ann. I*, 57; *ibid. II*, 35; *Hist. III*, 8. Sallust sagt *Cat.* 12, 3 *Operae pretium est.*

Romanus) In vielen Handschriften: *dux Romanus.* Er-

tus, aut capta urbe operae pretium fore, aut, si Romanus auxilio suis venisset, proelio sese certaturos. Nam callidus id modo festinabat, Bocchi 4
pacem imminuere, ne moras agitando aliud quam bellum mallet.

LXXXII. Imperator postquam de regum societate cognovit, non temere neque, uti saepe iam victo Iugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum haud procul ab Cirta, castris munitis, reges opperitur; melius esse ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Interim Ro- 2

steres Wort ist wahrscheinlich ein Einschiebsel. Denn der Volksname steht oft im Singular entweder für den Plural, oder um vorzugsweise das Haupt, den Anführer der Uebrigen zu bezeichnen. So 97, 2 und 113, 1 *Maurus* für *rex Maurorum*; 101, 6; 111, 4; und öfter *Numida* für *rex Numidarum*. Ueberdiefs würde Sallust wahrscheinlich nicht *dux Rom.*, sondern wie an anderen Stellen *imperator Romanus* geschrieben haben.

4. *id m. fest. — imminuere*) Durch das vorausgeschickte *id* erhält der folgende Satz mehr Bedeutung. Die gewöhnliche Verbindung wäre übrigens, wegen des Pronomens *id* im abhängigen Satze *ut* zu gebrauchen. Hier ist der Infinitiv als Apposition zu *id* zu betrachten.

LXXXII. 1. *ceterum*) gleichbedeutend mit *sed*. S. zu *Cat.* 51, 26.

2. *Quibus rebus*) Ein *Cod.*: *quis rebus*, wie es scheint, gegen Sallust's Gewohnheit. Wenigstens hat er überall, wo die Lesart unzweifelhaft ist, *quibus rebus* (s. *Cat.* 31, 1; 32, 2; 46, 1; *Iug.* 6, 2; *Fragm. II*, 41), und auch in den anderen Stellen sind es nur wenige geringere Handschriften, die *quis rebus* geben.

egregius in al. art.) *In* fehlt in einigen Handschriften. *Egregius* findet sich aber auch sonst nicht blofs mit dem Ablativ, sondern auch mit *in* und dem Ablativ verbunden, wie

ma per literas certior fit, provinciam Numidiam
Mario datam. Nam Consulem factum iam ante
acceperat. Quibus rebus supra bonum atque ho-
nestum perculsus, neque lacrumas tenere neque
moderari linguam: vir egregius in aliis artibus ni-
3 mis molliter aegritudinem pati. Quam rem alii in
superbiam vortebant: alii bonum ingenium contu-
melia accensum esse: multi, quod iam parta victo-
ria ex manibus eriperetur. Nobis satis cognitum,
illum magis honore Mari quam iniuria sua excru-
ciatum neque tam anxie laturum fuisse, si ademta
provincia alii quam Mario traderetur.

LXXXIII. Igitur eo dolore impeditus, et quia stultitiae videbatur alienam rem periculo suo

Cic. *Brut.* 21, 84 *in bellica laude egregium reperimus fuisse Laelium; de Orat. I,* 49, 215 *in procuratione civitatis egregius.* Seltener mit *ad* wie *Liv. XXXVII*, 7 *vir ad cetera egregius.*

nimis molliter) S. zu *Iug.* 70, 5.

3. *in sup. vortebant*) Vgl. *Iug.* 41, 5 *coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vortere; 85,* 26 *ne quis modestiam in conscientiam duceret;* 92, 2 *Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur; Fragm. II,* 40 *Ad hoc rumoribus advorsa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.*

accensum esse) Hier fügen einige Handschriften noch *dicebant* bei. Aber ein *Verbum dicendi* liegt schon in *vortere in superbiam*, so dafs dieser Zusatz ganz überflüfsig wird. Ueber den Wechsel der Konstruktion in den Worten: *contumelia — quod — eriperetur* s. zu *Cat.* 9, 3.

Nobis s. cogn.) Vergl. zu *Iug.* 46, 3.

alii quam M.) Hinsichtlich des Gebrauchs von *quam* nach *alius* vergl. Ramsh. p. 314; n. A. p. 497. Ueber *traderetur* vergl. zu *Iug.* 14, 16.

LXXXIII. 1. *tum*) *Tum* geben fast alle Handschriften,

curare, legatos ad Bocchum mittit postulatum, *ne sine causa hostis populo Romano fieret: habere tum magnam copiam societatis amicitiaeque coniungendae, quae potior bello esset; quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare; omne bellum sumi facile, ceterum aegerrume desinere: non in eiusdem potestate initium eius et finem esse: incipere cuivis, etiam ignavo, licere; deponi, quum victores velint. Proinde sibi regnoque suo consuleret, neu florentis res suas cum Iugurthae perditis misceret.* Ad ea rex satis placide verba 2 facit: *sese pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum misereri; si eadem illi copia fieret, omnia conventura.* Rursus imperator contra postu- 3 lata Bocchi nuncios mittit. Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo saepe ab utroque missis remissisque nunciis tempus procedere et ex Metelli voluntate bellum intactum trahi.

LXXXIV. At Marius, ut supra diximus, cupientissuma plebe Consul factus, postquam ei pro-

einige *eum.* Vgl. *Iug.* 81, 1; 51, 4 und *Cat.* 31, 7.

magnam cop.) wie *Cat.* 43, 3 *magnae opportunitates.* S. dort.

quamquam) „wie sehr auch immer." Vgl. zu *Iug.* 3, 2.

inc. pro c. mutare) Vgl. zu *Iug.* 53, 8.

misceret) Vergl. *Fragm. IV, Ep. Mithr.* 2 *frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem.*

3. *contra post. B. mittit*) Vergl. zu *Iug.* 25, 6.

ex Met. vol.) „wie es Met. wünschte". S. zu *Cat.* 19, 5.

LXXXIV. 1. *cupientissuma pl.*) Vergl. zu *Iug.* 73, 3.

ei prov. Num. pop. iussit) So *Liv. XXVI*, 41 *qui centuriis omnibus, ut mihi imperium*

vinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare: singulos modo, modo universos laedere: dictitare, *sese consulatum ex victis illis spolia cepisse;* alia praeterea magnifica pro se et illis do-
2 lentia. Interim, quae bello opus erant, prima ha-

iuberent, fuere auctores. Vgl. Ramsh. n. A. p. 630.

tum vero) S. zu *Cat.* 37, 4. *Multus — instabat* wie πολὺς ἐνέκειτο *Thuc. IV*, 22.

magn. pro se) Eben so verbindet Tacitus *magnificus* und andere *Adiectiva* mit *pro: Hist. III*, 9 *pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter; ibid.* 73 *edicta pro Vespasiano magnifica; Ann. III*, 7 *decorum pro causa; Agric.* 12 *pro nobis utilius; ib.* 26 *securi pro salute;* vergl. auch unten 88, 4 *urbis, quae pro hostibus et advorsum se opportunissimae erant. Dolens* in aktiver Bedeutung ist höchst selten. Wie hier *Ovid. Met. II*, 245 *Nil fertur vidisse dolentius.* Oefter steht so *dolet* als Impersonale mit dem Dativ.

2. *a pop. et reg.*) S. zu *Cat.* 10, 1.

militiae) Den Genitiv *militiae*, der gewöhnlich in diesem Sinne nur vorkommt, wo zugleich *domi* als *Oppositum* genannt wird, hat Kortte aus vielen, zum Theil vorzüglichen Handschriften mit Recht als die schwerere und Sallust's Sprachgebrauch nicht fremde (s. *Cat.* 33, 1) Lesart aufgenommen. Auch bei Cicero findet sich in alterthümlichem Stile *militiae* ohne *domi*: *Legg. III*, 3 *Militiae ab eo qui imperabit provocatio ne esto;* ebend. §. 8. Die anderen *Codd.* haben an obiger Stelle *militia*, welche Lesart nur dann passen kann, wenn man *militia* auf Marius bezieht, so dafs der Sinn ist: Sie waren ihm durch seine Kriegsdienste bekannt geworden. Diefs ist aber etwas gezwungen.

cogere) Dieses Verbum wird hin und wieder auch von Solchen gebraucht, die durch freundliches Zureden Einen zu Etwas bestimmen. S. *Nep. Milt.* 7, 1; *Sueton. Dom.* 11.

emeritis stipendiis) Einige Handschriften und Ausgaben: *emeritos stipendiis.* Vergl. *de rep. ord. I*, 8 *qui stipendiis emeritis domos reverterint; Cic. Sen.* 14, 49 *tamquam emeritis stipendiis libidinis; Fam. VIII,*

bere: postulare legionibus supplementum, auxilia
a populis et regibus sociisque accersere: praeterea
ex Latio fortissumum quemque, plerosque militiae,
paucos fama cognitos accire, et ambiundo cogere
homines emeritis stipendiis secum proficisci. Ne- 3
que illi Senatus, quamquam advorsus erat, de ullo
negotio abnuere audebat; ceterum supplementum
etiam laetus decreverat: quia neque plebei militia

8, 3 *qui eorum stipendia emerita habeant*; *Liv. III*, 57 *non iuniores modo*, *sed emeritis etiam stipendiis — ad nomina danda praesto fuere*, und so häufig, während sich wohl nirgends *emeritus stipendiis*, sondern nur noch *emeritus stipendia* findet. S. *Val. Max. VI*, 1, 10.

3. *de ullo neg. abnuere*) Vergl. zu *Cat.* 4, 3.

neque plebei mil. volenti p.) Der Senat glaubte dadurch Etwas dem Volke Lästiges und insbesondere dem Marius Nachtheiliges zu beschliefsen. Ueber *neque — et* s. zu *Cat.* 32, 1. Zu *volenti* ist *esse* zu denken. Die Redensart ist nach der griechischen βουλομένῳ μοί ἐστι gebildet (s. Matthiä gr. Gr. II, p. 712; Ramsh. p. 481; n. A. p. 685), und steht auch 100, 4 *Consul vigilias ipse circuire, uti militibus exaequatus cum imperatore labos volentibus esset*; eben so bei Andern, wo jedoch das Participium auch in manchen Stellen als *Abl. abs.* gefasst werden kann; z. B. *Liv. XXI*, 50; *Tac. Agric.* 18; *Hist. III*, 43. Weil viele Handschriften *plebe militiam volente* haben, so ist diefs von einigen Herausgebern aufgenommen, *putabatur* zum Folgenden gezogen und *et* getilgt worden. Aber die Konjunktion fehlt nur in sehr wenigen Handschriften, und die gewöhnliche Lesart ist auch durch Priscian's Auktorität, der *l. XVIII*, *p.* 1169 auf den erwähnten Gräcismus mit Anführung obiger Stelle aufmerksam macht, geschützt. Ueberdiefs ständen die Worte: *neque plebe militiam volente*, wenn sie nicht als Ansicht des Senats gegeben werden, im Widerspruche mit dem, was nachher von der Lust des Volkes, Kriegsdienste zu nehmen, erzählt wird. *Belli usus* d. h. was ihm zum Kriege dienlich wäre, nämlich Ergänzungstruppen.

volenti putabatur et Marius aut belli usum aut studia volgi amissurus. Sed ea res frustra sperata; tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaserat.
4 Sese quisque praeda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia huiuscemodi animis trahebant. Et eos non paulum oratione sua Marius
5 arrexerat. Nam postquam, omnibus, quae postulaverat, decretis, milites scribere volt, hortandi causa simul et nobilitatem, uti consueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. Deinde hoc modo disseruit.

LXXXV. *Scio ego, Quirites, plerosque non isdem artibus imperium a vobis petere et, postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos esse; dehinc per ignaviam et superbiam aetatem agere; sed mihi contra ea vi-*
2 *detur. Nam, quo pluris est universa respublica*

4. *quisque — trahebant*) vgl. zu *Cat.* 43, 1 und über *animis trahebant* zu *Cat.* 32, 1 und *Iug* 11, 8.

Et eos) *Et* s. v. a. *accessit, quod.* Vgl. im folgenden Kap. §. 5.

exagitandi) Vgl. zu *Cat.* 29, 1 hinsichtlich der Bedeutung dieses Verbums.

LXXXV. 1. *non isdem artibus*) Vgl. *Liv. VII* 33 *quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat.*

m. contra ea videtur) „es gefällt mir auf entgegengesetzte Weise" oder „ich billige die entgegengesetzte Weise." *Contra* kann oft die Stelle eines Adjektivs vertreten. Vgl. *Plin. Epp. I*, 20, 7 *Ego contra puto; Cic. Orat.* 42 *illi dicere melius quam praecipere: nos contra fortasse possumus*; *ibid.* 57 *contraque accidere in spondeo et trochaeo; Fin. III*, 15 *ut essent alia aestimabilia, alia contra; Iug.* 88, 2 *quid boni utrisque aut contra esset.*

2. *quo — eo*) im Sinne von *quanto — tanto.*

illam administrari) Der *Acc.*

quam consulatus aut praetura, eo maiore cura
illam administrari, quam haec peti debere. Ne- 3
que me fallit, quantum cum maxumo beneficio
vostro negoti sustineam. Bellum parare simul
et aerario parcere; cogere ad militiam eos, quos
nolis offendere; domi forisque omnia curare;
et ea agere inter invidos, occursantis, factiosos,
opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alii si 4
deliquere, vetus nobilitas, maiorum facta fortia,
cognatorum et adfinium opes, multae clientelae,
omnia haec praesidio adsunt: mihi spes omnes
in memet sitae, quas necesse est et virtute et in-
nocentia tutari: nam alia infirma sunt. Et il- 5
lud intellego, Quirites, omnium ora in me con-
vorsa esse: aequos bonosque favere: quippe be-
nefacta mea reipublicae procedunt; nobilitatem

c. Inf. hängt von dem vorhergehenden *mihi videtur* ab. Dieselbe Konstruktion hat auch Cicero bei *videri* in dieser Bedeutung *Tusc. V*, 5 *Non mihi videtur ad beate vivendum satis posse virtutem; ibid.* 8, 22.

3. *Neque me fallit*) *Fallit* steht öfters impersonell. S. *Cic. Off. II*, 7, 25 *Nec eum fefellit; p. Sext.* 50, 106 *nisi me fallit*; *Attic. XIV*, 12; *pro Quint.* 17. Vgl. Zumpt §. 390 A.; Ramsh. §. 133, 2. Zur Erläuterung von *beneficium* vgl. zu *Iug.* 31, 16 und unten §. 28 *qui mihi summum honorem et maxumum negotium imposuistis.*

occursantis) *Occursare* wie *occurrere* öfters von feindlichem Widerstreben.

4. *nec. est — innoc. tutari*) *Necesse est* steht zwar nicht selten mit dem blofsen Infinitiv; hier ist aber, wie der Zusammenhang lehrt, *me* zu suppliren.

5. *reip. procedunt*) Vergl. *Cat.* 32, 1 *quod neque insidiae Consuli procedebant.* Wie oben im guten Sinne: *Ovid. Her.* 9, 109 *Illi procedit rerum mensura tuarum.*

6 *locum invadendi quaerere. Quo mihi acrius ad-*
nitendum est, ut neque vos capiamini, et illi
7 *frustra sint. Ita ad hoc aetatis a pueritia fui,*
ut omnis labores, pericula consueta habeam.
8 *Quae ante vostra beneficia gratuito faciebam,*
ea uti, accepta mercede, deseram, non est con-
9 *silium, Quirites. Illis difficile est in potestati-*

6. *capiamini*) *Capi* öfters von dem, der durch List getäuscht wird: „sich fangen lassen“. Vgl. *Fragm. I*, 15, 20 *ne alius alium principem exspectantes ante capiamini.*

frustra sint) Viele Handschriften: *frustrati sint.* Vgl. zu *Cat.* 21, 1. Von Personen findet sich indessen *frustra esse* aufser dieser Stelle bei Sallust nicht, aber wohl oft bei Plautus, z. B. *Amph. III*, 3, 20 *Iam hi ambo et servus et hera frustra sunt, qui me Amphitruonem rentur esse*; *Merc. III*, 1, 30 *ne tu frustra sis*; *Capt. III*, 1, 31; *Mil. V*, 29. Es heifst in dieser Verbindung: „sich täuschen“ oder „sich irren“.

7. *Ita ad hoc aet. — fui*) Vergl. über *ita fui* für *talis fui* zu *Cat.* 21, 1; *Cic. Sull.* 7, 22 *si ita sum.*

consueta habeam) Vergl. zu *Iug.* 10, 1.

8. *ea uti — deseram*) s. v. a. *ea — deserere non est consilium*, denn bei *consilium est* hat Sallust sonst den Infinitiv. Vergl. zu *Cat.* 4, 1; *Fragm. Or. Lep.* 26; *Or. Phil.* 2; *Ep. Mithr.* 16. *Ut* steht übrigens öfters für den Genitiv des Gerundiums. So *Cic. pro Rosc. Am. XII*, 33 *neque hic locus est, ut multa dicantur*; eben so *Tusc. IV*, 1; *Caes. b. c. I*, 48 *quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant*; *Liv. XXV*, 34 *temerarium capit consilium ut nocte Indibili obviam iret*; *XXXVII*, 33 *Cura patres populumque incessit Consules primo quoque tempore creandi, et ut eos potissumum crearent, quorum virtus satis tuta a fraude Punica esset.* Der Ausdruck *deserere* ist gewählt, um das Aufgeben der bezeichneten Handlungsweise als ein tadelnswerthes bemerklich zu machen.

9. *in potest. temp.*) S. zu *Iug.* 62, 5. *Temperare* steht oft wie hier für *sibi temperare.* Vergl. *Auct. ad Her. II*, 19 *cui mirum videbitur istum a*

*bus temperare, qui per ambitionem sese probos
simulavere: mihi, qui omnem aetatem in optu-
mis artibus egi, bene facere iam ex consuetudi-
ne in naturam vortit. Bellum me gerere cum* 10
*Iugurtha iussistis; quam rem nobilitas aeger-
rume tulit. Quaeso, reputate cum animis vo-
stris, num id mutari melius sit, si quem ex illo
globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium
mittatis, hominem veteris prosapiae ac multa-
rum imaginum et nullius stipendi: scilicet ut in
tanta re, ignarus omnium, trepidet, festinet,
sumat aliquem ex populo monitorem offici sui.
Ita plerumque evenit, ut, quem vos imperare* 11
iussistis, is sibi imperatorem alium quaerat. At- 12

maleficio non temperasse; Liv. XXX, 22 *ut vix parentes ab liberis temperaverint*; *Tac. Ann. II*, 84 *ut non temperaverit, quin iactaret apud patres*; *Suet. Caes.* 22. Wie hier mit *in al. re*: *Plaut. Epid. I*, 2, 8 *quum in amore temperes*. Vgl. oben zu 45, 1.

bene facere) S. zu *Iug.* 31, 14 und über *vortit* zu *Cat.* 6, 7.

10. *Quaeso*) Diese Stellung von *quaeso* als erstes Wort des Satzes ist ungewöhnlich. Vergl. *Fragm. I, Or. Phil.* 13; *ibid. IV, Ep. Mithr.* 16; Zumpt §. 223; Ramsh. p. 631; n. A. p. 908.

si quem — mittatis) Dieser Satz steht als Erläuterung von *id mutari*.

veteris prosapiae) Cicero gebraucht das Wort *prosapia* mit der Entschuldigung: *ut utamur veteri verbo*. S. *de univ.* 11. Quinctilian führt es *I*, 6, 40 und *VIII*, 3, 26 als ein veraltetes an, dessen man sich enthalten müsse. Zu *multarum imaginum* vgl. *Iug.* 4, 5.

trepidet, festinet) S. oben zu 66, 1.

ex populo) *Populus* hier wie öfters bei Sallust und Anderen, wenn es ohne den Beisatz *Romanus* steht, für den bestimmteren Ausdruck *plebs*.

12. *Atque*) Die gewöhnliche, aber unpassende Lesart ist: *At*, woraus Kortte, ungeachtet ein Vokal folgt, *ac* ge-

que ego scio, Quirites, qui, postquam Consules facti sunt, acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint; praeposteri homines. Nam gerere quam fieri tempore poste-
13 *rius, re atque usu prius est. Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quae illi audire et legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi: quae illi literis,*
14 *ea ego militando didici. Nunc vos existumate, facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam; ego illorum ignaviam; mihi for-*
15 *tuna, illis probra obiectantur. Quamquam ego*

macht hat. Vgl. zu *Cat.* 51, 35. Im Folgenden steht *homines praeposteri* kurz und nachdrucksvoll für: *sed illi homines praeposteri sunt.* Das hier von Marius Gerügte that später Lucullus, wie Cicero *Luc. I*, 2 erzählt. Vergl. auch *Cic. Font.* 15, 33, 6 *Marius, P. Didius, Q. Catulus — non literis homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditi.*

gerere quam fieri) Diese Worte sind wohl nicht mit Kortte und Anderen blofs auf das Konsulat, sondern allgemeiner auf jedes Amt zu beziehen.

13. *Comparate nunc*) *Nunc* steht oft wie das griechische *νῦν* beim Imperativ. Vgl. unten §. 14 und §. 25.

cum illorum sup. me h. n.) Personen werden im Lateinischen häufig mit Sachen verglichen, wo sie eigentlich hinsichtlich der Sachen mit einander verglichen werden sollten. Vergl. Ramsh. p. 694; n. A. p. 998.

15. *Quamquam*) S. Zumpt §. 341. A. *Sed*, was Kortte mit *sic* zu vertauschen wünschte, steht, weil dem Vorhergehenden ein negativer Gedanke zu Grunde liegt. Statt nämlich zu sagen: Zwar ich glaube, der Vorzug der Geburt, den Jene geltend machen wollen, ist nichtig, sondern etc. hat der Schriftsteller einen bejahenden Satz gegeben, der das Unbegründete jener Annahme deutlicher darstellt, fährt aber so fort, wie es der negative

naturam unam et communem omnium existumo, sed fortissumum quemque generosissumum. Ac si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri 16
posset, mene an illos ex se gigni maluerint: quid responsuros creditis, nisi, sese liberos quam optumos voluisse? Quod si iure me despiciunt, fa- 17
ciant idem maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit. Invident honori meo; 18

Gedanke, den er im Sinne hatte, erfordert. *Sed* bezieht sich demnach hier eigentlich nicht auf *quamquam* wie in den Stellen, wo Cicero *sed* auf *quamquam* folgen läfst, z. B. *Off. I*, 9, 30; *II*, 9, 31; *Tusc. I*, 37, 90; *N. D. III*, 36, 88.

17. *faciant id. mai. suis*) *Facere alicui* oder *aliquo aliquid* „mit Einem Etwas thun". Vergl. *Cat.* 52, 25 *quid intra moenia deprehensis hostibus faciatis*; 55, 2 *Idem fit ceteris per Praetores*. S. Zumpt §. 491; Ramsh. p. 259 f.; n. A. p. 424. Für *faciant* geben einige Handschriften und Ausgaben *faciunt*, was wegen des vorausgehenden *iure* unpassend ist. Wenn der Adel den Marius verachtete, so verachtete er auch seine Vorfahren, die wie Marius zuerst zu Ehrenstellen gelangt waren, und ob jenes mit Recht oder Unrecht geschah, ist in Hinsicht auf diese Folgerung ganz gleichgültig. *Iure* wäre also bei dieser Lesart ein unnöthiger und unpassender Zusatz. Liest man hingegen *faciant*, so erscheint der Gedanke als eine Aufforderung, welche ganz angemessen davon abhängig gemacht wird, ob die Verachtung gegen Marius Billigung verdient. Man kann sich dann den Gedanken so verdeutlichen: Ist es Unrecht, dafs sie mich verachten, so folgt daraus, dafs sie von dem Unrecht ablassen müssen; ist es aber Recht, so ist die Folge, dafs sie auch ihre Vorfahren verachten müssen, die in den nämlichen Verhältnissen waren, wie ich. Uebrigens steht *facere* nicht selten so wie hier als allgemeinerer Ausdruck für ein vorhergehendes Verbum, das eine geistige Thätigkeit ausdrückt.

18. *invideant labori*) Vor *labori* hat Kortte aus drei Handschriften *et* aufgenommen

ergo invideant labori, innocentiae, periculis eti-
19 *am meis, quoniam per haec illum cepi. Verum*
homines corrupti superbia ita aetatem agunt,
quasi vostros honores contemnant; ita hos petunt,
20 *quasi honeste vixerint. Nae illi falsi sunt, qui*
divorsissumas res pariter exspectant, ignaviae
21 *voluptatem et praemia virtutis. Atque etiam*
quum apud vos aut in Senatu verba faciunt,
pleraque oratione maiores suos extollunt; eorum
fortia facta memorando clariores sese putant:
22 *quod contra est. Nam quanto vita illorum*
praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior.
23 *Et profecto ita se res habet: maiorum gloria*
posteris quasi lumen est, neque bona eorum ne-
24 *que mala in occulto patitur. Huiusce rei ego*
inopiam patior, Quirites; verum, id quod mul-
to praeclarius est, meamet facta mihi dicere li-
25 *cet. Nunc videte, quam iniqui sint. Quod ex*
aliena virtute sibi adrogant, id mihi ex mea
non concedunt: scilicet, quia imagines non ha-
beo, et quia mihi nova nobilitas est; quam certe
peperisse melius est quam acceptam corrupisse.

was sowohl wegen *etiam* im Folgenden, als auch wegen des zu *Iug.* 20, 1 Bemerkten nicht zu billigen ist.

20. *falsi sunt*) Vergl. zu *Iug.* 10, 1 und über *pariter* zu 9, 3. Für *exspectant* liest Rivius passend *expetant.*

22. *quanto*) Kortte nach vier *Codd.*: *quantum.* Vergl. Ramsh. n. A. p. 496. N.

24. *inopiam patior*) Eine der besten Handschriften: *inopiam fateor*, wie unten §. 39 *quae mihi lubet confiteri.* Doch steht auch *patior* nicht minder passend.

id quod) S. zu *Iug.* 47, 2.

Equidem ego non ignoro, si iam mihi respon- 26
*dere velint, abunde illis facundam et composi-
tam orationem fore. Sed in maxumo vostro
beneficio, quum omnibus locis me vosque male-
dictis lacerent, non placuit reticere: ne quis
modestiam in conscientiam duceret. Nam me* 27
*quidem ex animi mei sententia nulla oratio
laedere potest. Quippe vera necesse est bene
praedicet; falsam vita moresque mei superant.
Sed quoniam vostra consilia accusantur, qui* 28
*mihi summum honorem et maxumum negotium
imposuistis, etiam atque etiam reputate, num
eorum poenitundum sit. Non possum fidei cau-* 29

26. *compositam*) S. zu *Cat.* 51, 9 über die Bedeutung dieses Wortes.

in max. v. benef.) „bei eurer so grofsen Wohlthat" d. h. da ihr mir eine so grofse Wohlthat erwiesen habt. Vgl. zu *Iug.* 14, 11 und *Iug.* 31, 16.

reticere) ohne Objekt. Vgl. zu *Cat.* 6, 5.

in consc. duceret) S. zu 82, 3.

27. *ex animi mei sententia*) Nicht zu verwechseln mit *ex sententia* ohne den Beisatz *animi mei.* Jenes heifst „nach Wunsch." Vgl. *Iug.* 43, 5; 109, 4. *Ex animi mei sententia* hingegen ist eine bei Betheuerungen und Schwüren gewöhnliche Formel, durch welche angedeutet wird, dafs man so, wie man wirklich denke, ohne Rückhalt oder Klausel, betheure oder schwöre. Daher *Cic. Off III*, 29 *Non enim falsum iurare periurare est, sed quod ex animi tui sententia iuraris (sicut verbis concipitur more nostro) id non facere, periurium est.* Vergl. *Acad. II*, 47, 146; *Liv. XXII*, 53; *XLIII*, 15. Hier also: das ist meine Herzensmeinung, meine volle Ueberzeugung.

bene praedicet) *Bene* im Sinne von *multum, valde.* S. zu *Cat.* 41, 5.

28. *qui — imposuistis*) Vgl. zu *Iug.* 14, 9 und 28, 6, und über *qui* nach *vostra* zu *Cat.* 33, 1.

29. *fidei causa*) S. zu *Iug.* 29, 4.

sa imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare; at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona;
30 *praeterea cicatrices advorso corpore. Hae sunt meae imagines, haec nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quae ego meis plurimis*
31 *laboribus et periculis quaesivi. Non sunt composita verba mea: parum id facio; ipsa se virtus satis ostendit: illis artificio opus est, uti tur-*
32 *pia facta oratione tegant. Neque literas Grae-*

30. *relicta —, sed quae*) d. h. nicht Gegenstände, die ich durch Erbschaft überkommen habe. S. zu *Cat.* 5, 7.

31. *parum id facio*) Einige Ausgaben mit Nonius (s. *componere p.* 260 *ed. Lips.*): *parvi id facio;* andere behalten *parum facio*, was alle Handschriften geben, und nehmen an, dafs *parum* gleichbedeutend mit *parvi* gebraucht sei, für welchen Gebrauch des Adverbiums bei *facere* sich aber kein sicheres Beispiel findet. Daher möchte bei dieser Lesart die Erklärung: „ich thue das wenig d. h. ich bemühe mich nicht darum, meine Worte schön zu stellen" die richtige sein. Uebrigens ist zu bemerken, dafs *parum*, was gewöhnlich als Gegensatz von *nimium* steht (vergl. folgende Stellen, wo wirklich *nimium* als *Oppositum* beigesetzt ist: *Cic. Orat.* 53, 178; *Off. I*, 25, 89; *Phil. X*, 11; *Verr. II*, 73, 180; *Varro l. l. VIII*, p. 102; *Liv. XXIX*, 21; *XXXVIII*, 17) hier im Gegensatz von *multum* gebraucht ist, wie es hin und wieder, aber selten, vorkommt, z. B. *Cic. Tusc. V*, 14, 41 *sine metu is habendus est non qui parum metuit, sed qui omnino metu vacat; Quinct. III*, 1, 5 *veremur, ne parum hic liber mellis et absinthii multum habere videatur; Auct. de bell. afr.* 2.

32. *quippe quae — nihil prof.*) Vergl. zur Erläuterung *Plut. Mar.* 2: Λέγεται δὲ μήτε γράμματα μαθεῖν Ἑλληνικὰ μήτε γλώττῃ πρὸς μηδὲν Ἑλληνίδι χρῆσθαι τῶν σπουδῆς ἐχομένων, ὡς γελοῖον ὂν γράμματα μανθάνειν, ὧν οἱ διδάσκαλοι δουλεύοιεν ἑτέροις.

*eas didici: parum placebat eas discere, quippe
quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.
At illa multo optuma reipublicae doctus sum:* 33
*hostem ferire, praesidia agitare, nihil metuere nisi
turpem famam; hiemem et aestatem iuxta pa-
ti; humi requiescere; eodem tempore inopiam et
laborem tolerare. His ego praeceptis milites* 34
*hortabor: neque illos arte colam, me opulenter;
neque gloriam meam laborem illorum faciam.
Hoc est utile, hoc civile imperium. Namque* 35
*quum tute per mollitiem agas, exercitum suppli-
cio cogere, id est dominum, non imperatorem
esse. Haec atque alia talia maiores vostri fa-* 36
ciundo seque remque publicam celebravere. Quis 37

33. *praesidia agitare*) Vgl. *Iug.* 55, 4 *cohortes cum omni equitatu praesidium agitabant.*

34. *arte colam*) Vergl. zu *Iug.* 45, 2. Sonst wird *colere aliquem* von einem Benehmen gesagt, durch welches man die Gunst Eines zu gewinnen sucht; hier ist *colere* auf ungewöhnliche Weise im Sinne von *habere* mit *arte* verbunden.

civile imperium) *Civile* „wie es sich für einen Bürger gegen Bürger ziemt". Vergl. *Liv. VI*, 40 *sermo est minime civilis; XLV*, 32 *nihil civilis animus neque legum neque libertatis aequae patiens*; *Vell. II*, 41 *civilis tanti imperatoris reditus; Tac. Ann. I*, 72.

36. *Haec atque alia talia*) Diese Lesart, welche einige *Codd.* und mehrere alte Ausgaben geben, und welche auch durch das Schwanken der anderen Handschriften zwischen *Haec atque alia* und *Haec atque talia* unterstützt wird, ist nach Sallust's Sprachgebrauch die richtige. S. *Iug.* 40, 2 *illa et alia talia*; 64, 3 *haec atque alia talia*; unten §. 41 *et alia talia*; 44, 5 *et aliis talibus*; 62, 2; 81, 2. Vergl. zu *Iug.* 31, 6.

37. *repetit*) „*Repetere est verbum eorum, qui debita reposcunt*". Kortte. Vgl. *Iug.* 96, 2 *multis dare beneficia, — ipse ab nullo repetere.*

nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit et omnis honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit.
38 *Ceterum homines superbissumi procul errant. Maiores eorum omnia, quae licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam sui praeclaram: virtutem non reliquere; neque poterant: ea sola neque datur dono neque accipi-*
39 *tur. Sordidum me et incultis moribus aiunt, quia parum scite convivium exorno, neque histrionem ullum neque pluris preti cocum quam villicum habeo. Quae mihi lubet confiteri, Qui-*
40 *rites. Nam ex parente meo et ex aliis sanctis vi-*

38. *procul errant*) sie irren weithin d. h. sehr; indem das in *errare* ursprünglich liegende Bild auch beim Adverbium beibehalten ist. Ueberhaupt wird *procul* oft im übergetragenen Sinne gebraucht. Man kann auch vergleichen: *Ter. Eun. II*, 2, 14 *tota erras via.*

quae licebat) Diese Worte sind in Bezug auf die nachfolgenden: *virtutem non reliquere; neque poterant* gesagt.

39. *histrionem*) Vergl. *Liv. XXXIX*, 6 *Tum psaltriae sambucistriaeque et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis: epulae quoque ipsae et cura et sumtu maiore apparari coeptae: tum coquus, vilissimum antiquis mancipium et aestimatione et usu, in pretio esse, et quod ministerium fuerat, ars haberi coepta.*

cocum) Diese ältere Schreibart des Wortes *coquus* haben hier mehrere *Codd.* erhalten.

40. *et ex al. s. viris*) Die Präposition fehlt in einigen Handschriften. Die stärkere Trennung der Begriffe, welche durch ihre Wiederholung bewirkt wird, liebt Sall. sonst bei dem einfachen *et* und *aut* nicht (s. zu *Cat.* 49, 1). Doch hat er sie ein Paar Male, wo wie hier auf einen specielleren Begriff ein allgemeinerer folgt. S. *Cat.* 52, 17; *Iug.* 111, 1.

munditias — convenire) Vgl. *Liv. XXXIV*, 7 *munditiae et ornatus et cultus, haec femi-*

ris ita accepi, munditias mulieribus, viris labo-
rem convenire, omnibusque bonis oportere plus
gloriae quam divitiarum esse; arma, non supel-
lectilem decori esse. Quin ergo quod iuvat, 41
quod carum aestumant, id semper faciant:
ament, potent; ubi adulescentiam habuere, ibi
senectutem agant, in conviviis, dediti ventri et
turpissimae parti corporis: sudorem, pulverem
et alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis
iocundiora sunt. Verum non est ita. Nam ubi 42
se flagitiis dedecoravere turpissumi viri, bono-
rum praemia ereptum eunt. Ita iniustissume 43
luxuria et ignavia, pessumae artes, illis, qui
coluere eas, nihil obficiunt, reipublicae innoxiae
cladi sunt. Nunc, quoniam illis, quantum mo- 44
res mei, non illorum flagitia poscebant, respon-
di, pauca de republica loquar. Primum om- 45

narum insignia sunt: his gaudent et gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri.

41. *ament, potent*) Vergl. *Cat.* 11, 6 und über die folgenden Worte zu *Cat.* 51, 12.

iocundiora) Diese ältere Form findet sich hier in vielen Handschriften.

42. *non est ita*) So ist die gewöhnliche Stellung dieser Worte. S. zu *Cat.* 51, 11.

turpissumi viri) *Viri* ist hier etwas ungewöhnlich für *homines* gesetzt, was sonst im verächtlichen Sinne gebraucht wird. Denn einen Gegensatz zu *dedecorare* oder einen Spott in *viri* zu suchen, möchte zu gezwungen sein.

45. *de Numidia*) „was N. anbetrifft". Vgl. Zumpt §. 308.

av., imp., sup.) Hindeutung auf Calpurnius, Aulus, Metellus.

